

CAPUT VII:

DE INDOLE ESCHATOLOGICA
ECCLESIAE PEREGRINANTIS EIUSQUE
UNIONE CUM ECCLESIA CAELESTI

- LG 48,1 48. Ecclesia, ad quam in Christo Iesu vocamur omnes et in qua per gratiam Dei sanctitatem acquirimus, non nisi in gloria coelesti consummabitur, quando adveniet tempus restitutionis omnium (Act. 3, 21) atque cum genere humano universus quoque mundus, qui intime cum homine coniungitur et per eum ad finem suum accedit, perfecte in Christo instaurabitur (cfr. *Eph. 1, 10; Col. 1, 20; 2 Petr. 3, 10–13*).
- 2 Christus quidem exaltatus a terra omnes traxit ad seipsum (cfr. *Io. 12, 32 gr.*); resurgens ex mortuis (cf. *Rom. 6, 9*) Spiritum suum vivificantem in discipulos immisit et per eum Corpus suum quod est Ecclesia ut universale salutis sacramentum constituit; sedens ad dexteram Patris continuo operatur in mundo ut homines ad Ecclesiam perducatur arctiusque per eam Sibi coniungat ac proprio Corpore et Sanguine illos nutriendo gloriosae vitae suae faciat esse participes. Restitutio ergo quam promissam exspectamus, iam incepit in Christo, provehitur in missione Spiritus Sancti et per Eum pergit in Ecclesia in qua per fidem de sensu quoque vitae nostrae temporalis edocemur, dum opus a Patre nobis in mundo commissum cum spe futurorum bonorum ad finem perducimus et salutem nostram operamur (cfr. *Phil. 2, 12*).

SIEBTES KAPITEL:

DER ENDZEITLICHE CHARAKTER DER
PILGERNDEN KIRCHE UND IHRE EIN-
HEIT MIT DER HIMMLISCHEN KIRCHE

48. Die Kirche, zu der wir in Christus Jesus alle berufen werden und in der wir durch die Gnade Gottes die Heiligkeit erwerben, wird nur in der himmlischen Herrlichkeit vollendet werden, wenn die Zeit der Wiederherstellung von allem kommen wird (*Apg 3, 21*) und zusammen mit dem Menschengeschlecht auch die gesamte Welt, die mit dem Menschen innigst verbunden ist und durch ihn auf ihr Ziel zugeht, vollkommen in Christus erneuert werden wird (vgl. *Eph 1, 10; Kol 1, 20; 2 Petr 3, 10–13*).

Christus hat gewiss, von der Erde erhöht, alle zu Sich gezogen (vgl. *Joh 12, 32 gr.*); auferstehend aus den Toten (vgl. *Röm 6, 9*) hat er seinen lebendigmachenden Geist zu den Jüngern gesandt und durch ihn seinen Leib, der die Kirche ist, als allgemeines Sakrament des Heiles eingesetzt; zur Rechten des Vaters sitzend, wirkt Er beständig in der Welt, um die Menschen zur Kirche hinzuführen und durch sie enger mit Sich zu verbinden und, indem Er sie mit seinem eigenen Leib und Blut nährt, seines herrlichen Lebens teilhaftig zu machen. Die Wiederherstellung also, die wir als verheißene erwarten, hat schon in Christus begonnen, schreitet voran in der Sendung des Heiligen Geistes und setzt sich durch Ihn fort in der Kirche, in der wir durch den Glauben auch über den Sinn unseres zeitlichen Lebens belehrt werden, während wir das vom Vater uns in der Welt übertragene Werk mit der Hoffnung auf die künftigen Güter

Iam ergo fines saeculorum ad nos pervenerunt (cfr. *1 Cor.* 10, 11) et renovatio mundi irrevocabiliter est constituta atque in hoc saeculo reali quodam modo anticipatur: etenim Ecclesia iam in terris vera sanctitate licet imperfecta insignitur. Donec tamen fuerint novi coeli et nova terra, in quibus iustitia habitat (cfr. *2 Petr.* 3, 13), Ecclesia peregrinans, in suis sacramentis et institutionibus, quae ad hoc aevum pertinent, portat figuram huius saeculi quae praeterit et ipsa inter creaturas degit quae ingemiscunt et parturiunt usque adhuc et expectant revelationem filiorum Dei (cfr. *Rom.* 8, 19–22).

Coniuncti ergo Christo in Ecclesia et signati Spiritu Sancto «qui est pignus hereditatis nostrae» (*Eph.* 1, 14), vere filii Dei nominamur et sumus (cfr. *1 Io.* 3, 1), sed nondum apparuimus cum Christo in gloria (cfr. *Col.* 3, 4), in qua similes Deo erimus, quoniam videbimus Eum sicuti est (cfr. *1 Io.* 3, 2). Itaque «dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino» (*2 Cor.* 5, 6) et primitias Spiritus habentes intra nos gemimus (cfr. *Rom.* 8, 23) et cupimus esse cum Christo (cfr. *Phil.* 1, 23). Eadem autem caritate urgemur ut magis vivamus Ei, qui pro nobis mortuus est et resurrexit (cfr. *2 Cor.* 5, 15). Contendimus ergo in omnibus placere Domino (cfr. *2 Cor.* 5, 9) et induimus armaturam Dei, ut possimus stare adversus insidias diaboli et resistere in die malo (cfr. *Eph.* 6, 11–13). Cum vero nesciamus diem neque horam, monente Domino, constanter vigilemus oportet ut,

zu Ende führen und unser Heil wirken (vgl. *Phil* 2, 12).

Schon sind also die Enden der Zeiten zu uns gelangt (vgl. *1 Kor* 10, 11), und die Erneuerung der Welt ist unwider-ruflich begründet und wird in dieser Weltzeit auf eine gewisse tatsächliche Weise vorweggenommen: denn die Kirche wird schon auf Erden durch eine wahre, wenn auch unvollkommene Heiligkeit ausgezeichnet. Bis es jedoch neue Himmel und eine neue Erde geben wird, in denen die Gerechtigkeit wohnt (vgl. *2 Petr* 3, 13), trägt die pilgernde Kirche in ihren Sakramenten und Einrichtungen, die zu dieser Zeit gehören, die Gestalt dieser Welt, die vergeht, und weil selbst unter den Geschöpfen, die seufzen und bis jetzt noch in Wehen liegen und die Offenbarung der Kinder Gottes erwarten (vgl. *Röm* 8, 19–22).

Verbunden also mit Christus in der Kirche und bezeichnet mit dem Heiligen Geist, „der das Pfand unseres Erbes ist“ (*Eph* 1, 14), werden wir wahrhaft Kinder Gottes genannt und sind es (vgl. *1 Joh* 3, 1), sind aber noch nicht mit Christus in der Herrlichkeit erschienen (vgl. *Kol* 3, 4), in der wir Gott ähnlich sein werden, da wir Ihn so schauen werden, wie Er ist (vgl. *1 Joh* 3, 2). „Solange wir“ deshalb „im Leibe sind, pilgern wir fern vom Herrn“ (*2 Kor* 5, 6), und obwohl wir die Erstlinge des Geistes haben, seufzen wir in unserem Inneren (vgl. *Röm* 8, 23) und wünschen, mit Christus zu sein (vgl. *Phil* 1, 23). Durch dieselbe Liebe aber werden wir gedrängt, dass wir mehr für Ihn leben, der für uns gestorben und auferstanden ist (vgl. *2 Kor* 5, 15). Wir streben also danach, in allem dem Herrn zu gefallen (vgl. *2 Kor* 5, 9), und legen die Rüstung Gottes an, um gegen

expleto unico terrestris nostrae vitae cursu (cfr. *Hebr.* 9,27), cum Ipso ad nuptias intrare et cum benedictis connumerari mereamur (cfr. *Matth.* 25,31–46), neque sicut servi mali et pigri (cfr. *Matth.* 25,26) iubeamur discedere in ignem aeternum (cfr. *Matth.* 25,41), in tenebras exteriores ubi «erit fletus et stridor dentium» (*Matth.* 22,13 et 25,30). Etenim, antequam cum Christo glorioso regnemus, omnes nos manifestabimur «ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit sive bonum sive malum» (2 *Cor.* 5,10) et in fine mundi «procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii» (*Io.* 5,29; cfr. *Matth.* 25,46). Existimantes proinde quod «non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis» (*Rom.* 8,18; cfr. 2 *Tim.* 2,11–12), fortes in fide exspectamus «beatam spem et adventum gloriae magni Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi» (*Tit.* 2,13), «qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae» (*Phil.* 3,21) et qui veniet «glorificari in sanctis suis et admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt» (2 *Thess.* 1,10).

die Nachstellungen des Teufels standhalten und am bösen Tag (vgl. *Eph* 6,11–13) widerstehen zu können. Da wir aber weder den Tag noch die Stunde wissen, müssen wir auf die Ermahnung des Herrn hin beständig wachen, damit wir, wenn unser einziger irdischer Lebenslauf erfüllt ist (vgl. *Hebr* 9,27), mit Ihm zur Hochzeit einzutreten und mit den Gesegneten zusammengezählt zu werden verdienen (vgl. *Mt* 25,31–46) und wir nicht wie böse und faule Knechte (vgl. *Mt* 25,26) geheißen werden, ins ewige Feuer zu weichen (vgl. *Mt* 25,41), in die Finsternis draußen, wo „Heulen und Zähneknirschen sein wird“ (*Mt* 22,13 und 25,30). Denn bevor wir mit dem glorreichen Christus herrschen, werden wir alle offenkundig werden „vor dem Richterstuhl Christi, damit ein jeder Rechenschaft ablegt über das seinem Leib Eigene, je nachdem, ob er Gutes oder Böses ausgeführt hat“ (2 *Kor* 5,10), und am Ende der Welt „werden die, die Gutes getan haben, hervorgehen zur Auferstehung des Lebens, die aber Böses begangen haben, zur Auferstehung des Gerichtes“ (*Joh* 5,29; vgl. *Mt* 25,46). Weil wir daher der Meinung sind, dass „die Leiden dieser Zeit der künftigen Herrlichkeit nicht entsprechen, die an uns geoffenbart werden wird“ (*Röm* 8,18; vgl. 2 *Tim* 2,11f.), erwarten wir tapfer im Glauben „die selige Hoffnung und die Ankunft der Herrlichkeit unseres großen Gottes und Erlösers Jesus Christus“ (*Tit* 2,13), „der den Leib unserer Niedrigkeit umgestalten wird, gleichgestaltet dem Leib seiner Klarheit“ (*Phil* 3,21), und der kommen wird, „um verherrlicht zu werden in seinen Heiligen und wunderbar zu werden in allen, die geglaubt haben“ (2 *Thess* 1,10).

49. Donec ergo Dominus venerit in maiestate sua et omnes Angeli cum eo (cfr. *Matth.* 25, 31) et, destructa morte, Illi subiecta fuerint omnia (cfr. *1 Cor.* 15, 26–27), alii e discipulis Eius in terris peregrinantur, alii hac vita functi purificantur, alii vero glorificantur intuentes «clare ipsum Deum trinum et unum, sicuti est»;¹⁴⁷ omnes tamen, gradu quidem modoque diverso, in eadem Dei et proximi caritate communicamus et eundem hymnum gloriae Deo nostro canimus. Universi enim qui Christi sunt, Spiritum Eius habentes, in unam Ecclesiam coalescunt et invicem cohaerent in Ipso (cfr. *Eph.* 4, 16). Viatorum igitur unio cum fratribus qui in pace Christi dormierunt, minime intermittitur, immo secundum perennem Ecclesiae fidem, spiritualium bonorum communicatione roboratur.¹⁴⁸ Ex eo enim quod coelites intimius cum Christo uniuntur, totam Ecclesiam in sanctitatem firmiter consolidant, cultum, quem ipsa hic in terris Deo exhibet, nobilitant ac multipliciter ad ampliorem eius aedificationem contribuunt (cfr. *1 Cor.* 12, 12–27).¹⁴⁹ Nam in patriam recepti et praesentes ad Dominum (cfr. *2 Cor.* 5, 8), per Ipsum, cum Ipso et in Ipso non desinunt apud Patrem pro nobis

49. Bis also der Herr in seiner Erhabenheit kommt und alle Engel mit ihm (vgl. *Mt* 25, 31) und nach der Vernichtung des Todes Ihm alles unterworfen ist (vgl. *1 Kor* 15, 26f.), pilgern die einen von seinen Jüngern auf Erden, andere, die dieses Leben vollendet haben, werden gereinigt, andere aber werden verherrlicht, indem sie „den dreifaltigen und einen Gott selbst, so wie Er ist, in Klarheit“ anschauen¹⁴⁷; wir alle jedoch haben, wenn auch in verschiedener Abstufung und Art, Gemeinschaft in derselben Liebe Gottes und des Nächsten und singen unserem Gott denselben Lobgesang der Herrlichkeit. Alle nämlich, die zu Christus gehören, wachsen, weil sie seinen Geist haben, zu einer Kirche zusammen und hängen in Ihm miteinander zusammen (vgl. *Eph* 4, 16). Die Einheit derer auf der Wanderschaft mit den Brüdern, die im Frieden Christi entschlafen sind, wird also keineswegs unterbrochen, sie wird vielmehr gemäß dem beständigen Glauben der Kirche durch die Mitteilung geistlicher Güter gestärkt¹⁴⁸. Aufgrund dessen nämlich, dass die, die im Himmel sind, inniger mit Christus vereint werden, festigen sie die ganze Kirche stärker zur Heiligkeit, adeln den Kult, den sie selbst hier auf Erden Gott darbringt, und tragen auf vielfältige Weise zu ihrer weiteren Erbauung bei (vgl. *1 Kor* 12, 12–27)¹⁴⁹.

LG 49,1

¹⁴⁷ Conc. Florentinum, *Decretum pro Graecis*: Denz. 693 (1305).

¹⁴⁸ Praeter documenta antiquiora contra quamlibet formam evocationis spirituum inde ab Alexandro IV (27 sept. 1258), cfr. *Encycl. S.S.C.S. Officii, De magnetismi abusu*, 4 aug. 1856: A. S. S. (1865) pp. 177–178; Denz. 1653–1654 (2823–2825); responsionem S.S.C.S. Officii, 24 apr. 1917: A.A.S. 9 (1917) p. 268; Denz. 2182 (3642).

¹⁴⁹ Videatur synthetica expositio huius doctrinae paulinae in: Pius XII, *Litt. Encycl. Mystici Corporis*: A.A.S. 35 (1943) p. 200 et passim.

¹⁴⁷ Konzil v. Florenz, *Dekret für die Griechen*: Denz. 693 (1305).

¹⁴⁸ Neben den älteren Dokumenten gegen jegliche Form der Geisterbeschwörung seit Alexander IV. (27. Sept. 1258) vgl. *Enz. des Heiligen Offiziums, De magnetismi abusu*, 4. Aug. 1856: ASS (1865) 177–178; Denz. 1653–1654 (2823–2825); Antwort des Heiligen Offiziums, 24. April 1917: AAS 9 (1917) 268; Denz. 2182 (3642).

¹⁴⁹ Siehe die zusammenfassende Darlegung

intercedere,¹⁵⁰ exhibentes merita quae per unum Mediatorem Dei et hominum, Christum Iesum (cfr. *1 Tim.* 2, 5) in terris sunt adepti, Domino in omnibus servientes et adimplentes ea quae desunt passionum Christi in carne sua pro Corpore Eius quod est Ecclesia (cfr. *Col.* 1, 24).¹⁵¹ Eorum proinde fraterna sollicitudine infirmitas nostra plurimum iuvatur.

LG 50,1 50. Hanc communionem totius Iesu Christi Mystici Corporis apprime agnoscens, Ecclesia viatorum inde a primaevis christianae religionis temporibus, defunctorum memoriam magna cum pietate excoluit¹⁵² et, quia «sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur» (*2 Mach.* 12, 46), etiam suffragia pro illis obtulit. Apostolos autem et martyres Christi, qui sui sanguinis effusione supremum fidei et caritatis testimonium dederant, in Christo arctius nobis coniunctos esse Ecclesia semper credidit, eos simul cum Beata Virgine Maria et sanctis Angelis peculiari affectu venerata est¹⁵³, eorumque intercessionis auxilium pie imploravit. Quibus mox adnumerati sunt alii quo-

Denn in die Heimat aufgenommen und beim Herrn gegenwärtig (vgl. *2 Kor* 5, 8), hören sie nicht auf, durch Ihn, mit Ihm und in Ihm beim Vater für uns einzutreten¹⁵⁰, indem sie die Verdienste darbringen, die sie durch den einen Mittler zwischen Gott und den Menschen, Christus Jesus (vgl. *1 Tim* 2, 5), auf Erden erworben haben, als sie in allem dem Herrn dienten und in ihrem Fleisch für seinen Leib, der die Kirche ist, das ergänzten, was an den Leiden Christi fehlt (vgl. *Kol* 1, 24)¹⁵¹. Daher wird durch ihre brüderliche Sorge unserer Schwachheit sehr viel geholfen.

50. Indem sie diese Gemeinschaft des ganzen mystischen Leibes Jesu Christi ganz besonders anerkennt, hat die Kirche der Pilger von den anfänglichen Zeiten der christlichen Religion an das Gedächtnis der Verstorbenen mit großer Ehrfurcht gepflegt und hat¹⁵², „weil es ein heiliger und heilsamer Gedanke ist, für die Verstorbenen zu beten, damit sie von ihren Sünden erlöst werden“ (*2 Makk* 12, 46), auch Fürbittgebete für sie dargebracht. Dass aber die Apostel und Martyrer Christi, die durch das Vergießen ihres Blutes das höchste Zeugnis des Glaubens und der Liebe gegeben hatten, in Christus enger mit uns verbunden worden sind, hat die Kirche immer ge-

¹⁵⁰ Cfr., i. a., S. Augustinus, *Enarr. in Ps.* 85, 24: PL 37, 1099. S. Hieronymus, *Liber contra Vigilantium*, 6: PL 23, 344. S. Thomas, *In 4m Sent.*, d. 45, q. 3, a. 2. S. Bonaventura, *In 4m Sent.*, d. 45, a. 3, q. 2; etc.

¹⁵¹ Cfr. Pius XII, Litt. Encycl., *Mystici Corporis*: A.A.S. 35 (1943) p. 245.

¹⁵² Cfr. Plurimae inscriptiones in Catacumbis romanis.

¹⁵³ Cfr. Gelasius I, Decretalis *De libris recipiendis*, 3: PL 59, 160; Denz. 165 (353).

dieser paulinischen Lehre in: Pius XII., *Enz. Mystici Corporis*: AAS 35 [1943] 200 und öfter.

¹⁵⁰ Vgl. u. a. Augustinus, *Enarr.* In Ps. 85, 24: PL 37, 1099; Hieronymus, *Liber contra Vigilantium*, 6: PL 23, 344. Thomas v. Aquin, *In 4m Sent.*, d. 45, q. 3, a. 2. Bonaventura, *In 4m Sent.*, d. 45, a. 3, q. 2; u. a.

¹⁵¹ Vgl. Pius XII., *Enz. Mystici Corporis*: AAS 35 (1943) 245.

¹⁵² Vgl. zahlreiche Inschriften in den römischen Katakomben.

que qui Christi virginitatem et paupertatem pressius erant imitati¹⁵⁴ et tandem ceteri quos praeclarum virtutum christianarum exercitium¹⁵⁵ ac divina charismata piae fidelium devotioni et imitationi commendabant.¹⁵⁶

Dum enim illorum conspicimus vitam qui Christum fideliter sunt secuti, nova ratione ad futuram Civitatem inquirendam (cfr. *Hebr.* 13, 14 et 11, 10) incitatur simulque tutissimam edocemur viam qua inter mundanas varietates, secundum statum ac condicionem unicuique propriam, ad perfectam cum Christo unionem seu sanctitatem pervenire poterimus.¹⁵⁷ In vita eorum qui, humanitatis nostrae consortes, ad imaginem tamen Christi perfectius transformantur (cfr. *2 Cor.* 3, 18), Deus praesentiam vultumque suum hominibus vivide manifestat. In eis Ipse nos alloquitur, signumque nobis

glaubt; sie hat sie zugleich mit der seligen Jungfrau Maria und den heiligen Engeln mit besonderer Zuneigung verehrt¹⁵³ und hat die Hilfe ihrer Fürbitte fromm erfleht. Ihnen wurden bald auch andere beigezählt, die die Jungfräulichkeit und Armut Christi genauer nachgeahmt hatten¹⁵⁴ und schließlich die übrigen, die die hervorragende Ausübung der christlichen Tugenden¹⁵⁵ und die göttlichen Gnadengaben der frommen Andacht und Nachahmung der Gläubigen empfahlen¹⁵⁶.

Indem wir nämlich das Leben jener betrachten, die Christus treu gefolgt sind, werden wir auf neue Weise angetrieben, die künftige Stadt zu suchen (vgl. *Hebr.* 13, 14 und 11, 10), und zugleich werden wir einen ganz sicheren Weg gewiesen, auf dem wir inmitten der Unbeständigkeiten der Welt gemäß dem Stand und der einem jeden eigentümlichen Bedingung zur vollkommenen Einigung mit Christus bzw. Heiligkeit gelangen können¹⁵⁷. Im Leben derer, die, obwohl Schicksalsgenossen unserer Menschlichkeit, dennoch vollkommener zum Bilde Christi umgestaltet werden (vgl. *2 Kor.* 3, 18),

¹⁵⁴ Cfr. S. Methodius, *Symposion*, VII, 3: GCS (Bonwetsch) p. 74.

¹⁵⁵ Cfr. Benedictus XV, *Decretum approbationis virtutum in Causa beatificationis et canonizationis Servi Dei Ioannis Nepomuceni Neumann*: A.A.S. 14 (1922) p. 23; plures Allocutiones Pii XI de Sanctis: *Inviti all'eroismo*, in *Discorsi ...*, t. I–III, Romae 1941–1942, passim; Pius XII, *Discorsi e Radiomessaggi*, t. 10, 1949, 37–43.

¹⁵⁶ Cfr. Pius XII, Litt. *Encycl. Mediator Dei*: A.A.S. 39 (1947) p. 581.

¹⁵⁷ Cfr. *Hebr.* 13, 7; *Eccli.* 44–50; *Hebr.* 11, 3–40. Cfr. etiam Pius XII, Litt. *Encycl. Mediator Dei*: A.A.S. 39 (1947) pp. 582–583.

¹⁵³ Vgl. Gelasius I., *Decretale De libris recipiendis*, 3: PL 59, 160; Denz. 165 (353).

¹⁵⁴ Vgl. Methodius, *Symposion*, VII, 3: GCS (Bonwetsch) 74.

¹⁵⁵ Vgl. Benedikt XV., Dekret zur Approbation der Tugenden im Seligsprechungs- und Kanonisierungsprozess des Dieners Gottes Johannes Nepomuk Neumann: AAS 14 (1922) 23. Mehrere Ansprachen Pius' XI. über die Heiligen: *Inviti all'eroismo*. *Discorsi ...* t. I–III (Rom 1941–42) u. ö. Pius XII., *Discorsi e Radiomessaggi*, t. 10 (1949) 37–43.

¹⁵⁶ Vgl. Pius XII., *Enz. Mediator Dei*: AAS 39 (1947) 581.

¹⁵⁷ Vgl. *Hebr.* 13, 7; *Sir.* 44–50; *Hebr.* 11, 3–40. Vgl. auch Pius XII., *Enz. Mediator Dei*: AAS 39 (1947) 582–583.

praebet Regni sui,¹⁵⁸ ad quod tantam habentes impositam nubem testium (cfr. *Hebr.* 12, 1), talemque contestationem veritatis Evangelii, potenter atrahimur.

- 3 Nec tamen solius exempli titulo coelium memoriam colimus, sed magis adhuc ut totius Ecclesiae unio in Spiritu roboretur per fraternae caritatis exercitium (cfr. *Eph.* 4, 1–6). Nam sicut christiana inter viatores communio propinquius nos ad Christum adducit, ita consortium cum Sanctis nos Christo coniungit, a quo tamquam a Fonte et Capite omnis gratia et ipsius Populi Dei vita promanat.¹⁵⁹ Summo pere ergo decet ut hos Iesu Christi amicos et coheredes, fratres quoque nostros et benefactores eximios diligamus, debitas pro ipsis Deo rependamus gratias,¹⁶⁰ «suppliciter eos invoceamus et ob beneficia impetranda a Deo per Filium eius Iesum Christum, Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor et Salvator est, ad eorum orationes, opem auxiliumque confugiamus».¹⁶¹ Omne enim genuinum amoris testimonium coelitibus a nobis exhibitum, suapte natura tendit ac terminatur ad Christum qui est «corona

tut Gott seine Gegenwart und sein Antlitz den Menschen in lebendiger Weise kund. In ihnen redet Er selbst uns an und gewährt uns ein Zeichen seines Reiches¹⁵⁸, zu dem wir, die wir eine so große Wolke von Zeugen über uns gesetzt (vgl. *Hebr 12, 1*) und eine solche Bezeugung der Wahrheit des Evangeliums haben, mächtig hingezogen werden.

Jedoch nicht allein um des Beispiels willen pflegen wir das Gedächtnis derer, die im Himmel sind, sondern mehr noch, damit die Einheit der ganzen Kirche im Geist durch die Ausübung der brüderlichen Liebe gestärkt wird (vgl. *Eph 4, 1–6*). Denn wie die christliche Gemeinschaft unter den Pilgern uns näher zu Christus hinführt, so verbindet uns die Gemeinschaft mit den Heiligen mit Christus, von dem als Quelle und Haupt jede Gnade und das Leben des Gottesvolkes selbst hervorströmt¹⁵⁹. Also ziemt es sich ganz und gar, dass wir diese Freunde und Miterben Jesu Christi, auch unsere Brüder und vortrefflichen Wohltäter, lieben, Gott für sie den gebührenden Dank abstatten¹⁶⁰, „sie flehentlich anrufen und zu ihren Gebeten, ihrem Beistand und ihrer Hilfe Zuflucht nehmen, um von Gott durch seinen Sohn Jesus Christus, unseren Herrn, der allein unser Erlöser und Erretter ist, Wohltaten zu erwirken“¹⁶¹. Denn jedes echte Zeugnis der Liebe,

¹⁵⁸ Cfr. Conc. Vat. I, Const. dogm. *De fide catholica, Dei Filius*, cap. 3: Denz. 1794 (3013).

¹⁵⁹ Cfr. Pius XII, Litt. *Encycl. Mystici Corporis*: A.A.S. 35 (1943) p. 216.

¹⁶⁰ Quoad gratitudinem erga ipsos Sancto, cfr. E. Diehl, *Inscriptiones Latinae Christianae veteres*, I, Berolini, 1925, nn. 2008, 2382 et passim.

¹⁶¹ Conc. Tridentinum., Sess. 25, Decr. *De invocatione ... Sanctorum*: Denz. 984 (1821).

¹⁵⁸ Vgl. I. Vatikan. Konzil. Konst. *De fide catholica*, Kap. 3: Denz. 1794 (3013).

¹⁵⁹ Vgl. Pius XII., *Enz. Mystici Corporis*: AAS 35 (1943) 216.

¹⁶⁰ Bezüglich der Dankbarkeit gegenüber den Heiligen vgl. E. Diehl, *Inscriptiones Latinae Christianae veteres*, I (Berlin 1925) Nr. 2008, 2382 u. ö.

¹⁶¹ Konzil von Trient, Sess. 25, *De invocatione ... Sanctorum*: Denz. 984 (1821).

Sanctorum omnium»¹⁶² et per Ipsum ad Deum qui est mirabilis in Sanctis suis et in ipsis magnificatur.¹⁶³

Nobilissima vero ratione unio nostra cum Ecclesia coelesti actuatur, cum, praesertim in sacra Liturgia, in qua virtus Spiritus Sancti per signa sacramentalia super nos agit, divinae maiestatis laudem socia exultatione concelebramus,¹⁶⁴ et universi, in sanguine Christi ex omni tribu et lingua et populo et natione redempti (cfr. *Apoc.* 5, 9) atque in unam Ecclesiam congregati, uno cantico laudis Deum unum et trinum magnificamus. Eucharisticum ergo sacrificium celebrantes cultui Ecclesiae caelestis vel maxime iungimur communicantes et memoriam venerantes in primis gloriosae semper Virginis Mariae, sed et beati Ioseph et beatorum Apostolorum et Martyrum et omnium Sanctorum.¹⁶⁵

51. Quam venerabilem maiorum nostrorum fidem circa vitale consortium cum fratribus qui in gloria coelesti sunt vel adhuc post mortem purificantur, magna cum pietate haec Sacrosancta Synodus recipit et decreta Sacrorum Conciliorum Nicaeni II,¹⁶⁶

¹⁶² Breviarium romanum, *Invitatorium in festo Sanctorum Omnium*.

¹⁶³ Cfr. v. g., 2 *Thess.* 1, 10.

¹⁶⁴ Conc. Vaticanum. II, Const. *De Sacra Liturgia*, cap. 5, n. 104.

¹⁶⁵ *Canon Missae Romanae*.

¹⁶⁶ Cfr. Conc. Nicaenum II, Act. VII: Denz. 302 (600).

das denen, die im Himmel sind, von uns erwiesen ist, strebt und zielt seiner Natur nach auf Christus, der die „Krone aller Heiligen“ ist¹⁶², und durch Ihn auf Gott, der wunderbar in seinen Heiligen ist und in ihnen gepriesen wird¹⁶³.

Auf vornehmste Weise wird aber unsere Einheit mit der himmlischen Kirche verwirklicht, wenn wir, besonders in der heiligen Liturgie, in der die Kraft des Heiligen Geistes durch die sacramentalen Zeichen auf uns einwirkt, das Lob der göttlichen Hoheit in gemeinsamem Jubel zusammen feiern¹⁶⁴ und alle, die wir im Blute Christi aus jedem Stamm, jeder Sprache, jedem Volk und jeder Nation erkaufte (vgl. *Offb* 5, 9) und zu einer Kirche versammelt worden sind, mit einem Lobgesang den einen und dreifaltigen Gott preisen. Wenn wir also das eucharistische Opfer feiern, werden wir besonders eng mit dem Kult der himmlischen Kirche verbunden, indem wir Gemeinschaft haben und das Andenken verehren vor allem der ruhmreichen, immerwährenden Jungfrau Maria, aber auch des seligen Josef, der seligen Apostel und Martyrer und aller Heiligen¹⁶⁵.

51. Diesen ehrwürdigen Glauben unserer Vorfahren in Bezug auf die lebendige Schicksalsgemeinschaft mit den Brüdern, die in der himmlischen Herrlichkeit sind oder nach ihrem Tode noch gereinigt werden, übernimmt diese Hochheilige Synode mit großer Ehrfurcht und legt die Beschlüsse der

¹⁶² Das Römische Brevier, *Invitatorium zum Fest Allerheiligen*.

¹⁶³ Vgl. z. B. 2 *Thess* 1, 10.

¹⁶⁴ II. Vatikan. Konzil, Konst. *De Sacra Liturgia*, Kap. 5, Nr. 104.

¹⁶⁵ Der Kanon der Römischen Messe.

Florentini¹⁶⁷ et Tridentini¹⁶⁸ rursus proponit. Simul autem pro pastorali sua sollicitudine omnes ad quos spectat hortatur, ut si qui abusus, excessus vel defectus hic illicve irrepserint, eos arcere aut corrigere satagant ac omnia ad pleniorum Christi et Dei laudem instaurant. Doceant ergo fideles authenticum Sanctorum cultum non tam in actuum exteriorum multiplicitate quam potius in intensitate amoris nostri actuosi consistere, quo, ad maius nostrum et Ecclesiae bonum, Sanctorum quaerimus «et conversatione exemplum et communione consortium, et intercessione subsidium».¹⁶⁹ Ex altera vero parte instruant fideles nostram cum caelitibus conversationem, dummodo haec in pleniore fidei luce concipiatur, nequaquam extenuare latreuticum cultum, Deo Patri per Christum in Spiritu tributum, sed illum e contra impensius ditare.¹⁷⁰

Heiligen Konzilien des zweiten Nicaenums¹⁶⁶, von Florenz¹⁶⁷ und Trient¹⁶⁸ wiederum vor. Zugleich aber mahnt sie angesichts ihrer Hirtensorge alle, die es angeht, wenn sich irgendwelche Missbräuche, Übertreibungen oder Mängel hier oder dort eingeschlichen haben sollten, sich eifrig zu bemühen, diese fernzuhalten oder zu verbessern und alles zum volleren Lob Christi und Gottes zu erneuern. Sie sollen also die Gläubigen lehren, dass eine authentische Verehrung der Heiligen nicht so sehr in der Vielfalt äußerer Taten als vielmehr in der Stärke unserer tätigen Liebe besteht, durch die wir zum größeren Wohl für uns und die Kirche „im Wandel das Beispiel, in der Gemeinschaft die Verbundenheit und in der Fürbitte die Hilfe“ der Heiligen suchen¹⁶⁹. Auf der anderen Seite aber sollen sie die Gläubigen unterweisen, dass unser Wandel mit denen, die im Himmel sind, sofern dieser im volleren Licht des Glaubens begriffen wird, in keiner Weise den Kult der Anbetung schmälert, der Gott, dem Vater, durch Christus im Geist erwiesen wird, sondern ihn im Gegenteil noch mehr bereichert¹⁷⁰.

¹⁶⁷ Conc. Florentinum, *Decretum pro Graecis*: Denz. 693 (1304).

¹⁶⁸ Cfr. Conc. Tridentinum., Sess.25, *Decr. de invocatione, veneratione et reliquiis Sanctorum et sacris imaginibus*: Denz. 984–988 (1821–1824); Sess. 25 *Decretum de Purgatorio*: Denz. 983 (1820); Sess. 6 *Decr. de iustificatione*, can. 30: Denz. 840 (1580).

¹⁶⁹ Ex *Praefatione*, aliquibus dioecibus concessa.

¹⁷⁰ Cfr. S. Petrus Canisius, *Catechismus Maior seu Summa Doctrinae christianae*, cap. III (ed. crit. F. Streicher), Pars I, pp. 15–16, n. 44 et pp. 100–101, n. 49.

¹⁶⁶ II. Konzil von Nicaea, Act. VII: Denz. 302 (600).

¹⁶⁷ Konzil von Florenz, *Dekret für die Griechen*: Denz. 693 (1304).

¹⁶⁸ Konzil von Trient, Sess. 25, *De invocatione, veneratione et reliquiis Sanctorum et sacris imaginibus*: Denz. 984–988 (1821–1824); Sess. 25, *Decretum de Purgatorio*: Denz. 983 (1820); Sess. 6, *Decretum de iustificatione*, can. 30: Denz. 840 (1580).

¹⁶⁹ Aus der Präfation, die einigen Diözesen gestattet worden ist.

¹⁷⁰ Vgl. Petrus Canisius, *Catechismus Maior seu Summa Doctrinae christianae*, cap. III (ed. crit. F. Streicher), Pars I, 15–16, n. 44, u. 100–101, n. 49.

Nam omnes qui filii Dei sumus et unam familiam in Christo constituimus (cfr. *Hebr.* 3, 6), dum in mutua caritate et una sanctissimae Trinitatis laude invicem communicamus, intimae Ecclesiae vocationi correspondemus et consummatae gloriae liturgiam praegustando participamus.¹⁷¹ Quando enim Christus apparebit et gloriosa mortuorum resurrectio erit, claritas Dei illuminabit coelestem Civitatem et eius lucerna erit Agnus (cfr. *Apoc.* 21, 24). Tunc tota Ecclesia sanctorum in summa caritatis beatitudine adorabit Deum et «Agnum qui occisus est» (*Apoc.* 5, 12), una voce proclamans: «Sedenti in throno et Agno: benedictio et honor et gloria, et potestas in saecula saeculorum» (*Apoc.* 5, 13–14).

Denn wir alle, die wir Kinder Gottes sind und eine Familie in Christus bilden (vgl. *Hebr.* 3, 6), entsprechen, solange wir in wechselseitiger Liebe und in einem Lob der Heiligsten Dreifaltigkeit miteinander Gemeinschaft haben, der innersten Berufung der Kirche und nehmen vorkostend teil an der Liturgie der vollendeten Herrlichkeit¹⁷¹. Wenn nämlich Christus erscheinen und die glorreiche Auferstehung der Toten stattfinden wird, wird die Klarheit Gottes die himmlische Stadt erhellen, und ihre Leuchte wird das Lamm sein (vgl. *Offb.* 21, 24). Dann wird die ganze Kirche der Heiligen in der höchsten Seligkeit der Liebe Gott und „das Lamm, das geschlachtet ist“ (*Offb.* 5, 12), anbeten, indem sie mit einer Stimme ausruft: „Dem, der auf dem Throne sitzt, und dem Lamm: Lobpreis und Ehre und Herrlichkeit und Macht für alle Zeiten“ (*Offb.* 5, 13f.).

CAPUT VIII:

DE BEATA MARIA VIRGINE DEIPARA MYSTERIO CHRISTI ET ECCLESIAE

I. Prooemium

52. Benignissimus et sapientissimus Deus, mundi redemptionem complere volens, «ubi venit plenitudo temporis, misit Filium suum factum ex muliere, ... ut adoptionem filiorum recipere-mus» (*Gal.* 4, 4–5). «Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de coelis, et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine».¹⁷²

¹⁷¹ Cfr. Conc. Vat. II, Const. *De Sacra Liturgia*, cap. 1, n. 8.

¹⁷² *Credo* in Missa Romana: Symbolum Constantinopolitanum: Mansi 3, 566. Cfr. Conc.

ACHTES KAPITEL:

DIE SELIGE JUNGFAU UND GOTTESGEBÄRERIN MARIA IM MYSTERIUM CHRISTI UND DER KIRCHE

I. Vorwort

52. Als der überaus gütige und weise Gott die Erlösung der Welt vollenden wollte, „sandte Er, sobald die Fülle der Zeit gekommen war, seinen Sohn, aus einer Frau geworden, ... damit wir die Annahme an Kindes Statt empfangen“ (*Gal.* 4, 4f.). „Er ist wegen uns Menschen und um unseres Heiles willen von den Himmeln herabgestiegen und ist fleischgeworden vom Heiligen Geist

¹⁷¹ Vgl. II. Vatikan. Konzil, Konst. *De Sacra Liturgia*, Kap. 1, Nr. 8.